- Doctrina Christi ad dilectionem tendit**, 1 Tim. 1: 5; accusatur seditionis, Ioh. 18: 19. Cur Euangelium Regni vocetur, Matth. praef. Cur vocetur doctrina Dei Patris, Tit. 2: 10. Cur a Iudaeis reiiceretur, Ioh. 5: 43. Non tollit statuum differentias, Philem. 15. Eius plenior explicatio per Spiritum promissa, Ioh. 21: 25. Per eam homines certi fiunt de regno illo coelesti, Act. 28: 31. Doctrinae Christi excellentia, Col. 2: 9; effectus, 1 Thess.

**Thess. 5: 9.** Doctrina perniciosissima quaenam sit, Tit. 1: 10; salutaris nobis datur, ut luceat in nobis per facta pietati consentanea, Marc. 4: 21; vera sine vitae totius conformatione nihil prodest, Luc. 6: 47. Doctrinae coelestis compendium dicitur Oratio Dominica, Luc. 11: 1. Doctrinae Iudaicae quales, Hebr. 13: 9. **Dogma** qualis vox, Eph. 2: 12. **Dogma Herodianorum** quale, Marc. 8: 15. **Dogma** nullum reparat eos qui a Christi disciplina deficiunt, Marc. 9: 50. **Dogmata vitanda** eorum quibus pietas summa est rituum observatio et regnum huius mundi, Matth. 16: 6. **Dolona** quid Pollux vocet, Act. 27: 40. **Dolor** nimius quando esse non possit, Luc. 19: 41. **Dolor** secundum Deum quis vocetur, 2 Cor. 7: 9. **Dolorem** gravat felicitatis alienae conspectus, 2 Thess. 1: 10. **Dolores Christi** nos a vitiis quomodo sanaverint, 1 Petr. 2: 24; parturientis maximi et maximis comparandi, Matth. 24: 8. **Dolosi** sunt duplices, Rom. 12: 8. **Dominae** vocantur a maritis uxores, 1 Petr. 3: 6. **Dominium** hominum in bestias imminutum, non penitus ablatum, Hebr. 2: 7; in res mundi inferioris Adamo et posteris eius datum, dominii Christi in mundo supremo imago, Hebr. 2: 6. **Dominii** continuatio inter parentes et suos haeredes, Luc. 15: 31. **Dominici** quinam dicti fuerint, Ioh. 7: 3.

**Dominus** in domo, et Rex in regno pares sunt, 1 Cor. 11: 34, Philem. 15. **Dominus** honoris appellatio, Matth. 8: 1, Ioh. 4: 14, Act. 16: 30. **Domini** nomen Imperatoribus non negatum a Christianis veteribus, Luc. 4: 27; ab Augusto et Tiberio recusatum, posteriores Imperatores receperunt, Act. 25: 26. **Domini** honor est cum servi officium bene faciant, 2 Cor. 8: 19; erga servos officium, Luc. 7: 2. **Domine** mi, blanda compellatio, Apoc. 7: 14. **Domini** servis Romae ministrabant Saturnalibus, Luc. 12: 37. **Servos** olim indicta causa poterant occidere, Matth. 5: 31. **Plures** unius possunt esse servi, non tamen in solidum, Act. 16: 19. **Dominorum** imperium in servos non tollit doctrina Evangelica, Philem. 15. **Dominorum** duorum, peccati et vitae secundum Evangelium electio nostra est, Rom. 6: 16. **Dominos viros** suos vocabant uxores olim, 1 Petr. 3: 6. **Domnula** vocabatur filia familias, Hebr. 3: 6. **Domitianus Calvus Nero** et portio Neronis de crudelitate, Apoc. 17: 11. **Dominum** et Deum semet primus Imperatorum, dum viveret, vocari voluit, Apoc. 13: 5. **Octavus Principum** qui Christianos afflixerunt, Apoc. 17: 11. **Os ferae** vocatur, Apoc. 13: 2, 5, 17: 8. **Patre** et fratre absente imperavit, Apoc. 17: 8. **Eius simulatio** et pessimus exitus, Apoc. 17: 8. **Eventus eius** idolo-

la-

- latriae eventum praefigurabat, Apoc. 13: 2. Eius blasphemia cum fulguraret, Apoc. 13: 6.
- Domus** natura esse sterilis quomodo dicitur, Luc. 6: 35. Domus pro familia, Hebr. 3: 3. Pro patrefamilias, Luc. 19: 9. Domus Dei Ecclesia dicitur, Hebr. 10: 21, I Petr. 2: 5. Domus nostra quae dicatur, Matth. 8: 14, 9: 28. Domum ductio quid, Matth. 1: 18.
- Donatilla** martyr ante supplicium felle et aceto potata fuit, Matth. 27: 34.
- Donare** pro remittere debitum, Luc. 7: 42, Col. 2: 13.
- Donec** saepe non posterius, sed anterius tempus spectat, Matth. 1: 25, Iac. 5: 8.
- Donum Dei** Evangelica vocatio dicitur, Ioh. 4: 10; interpretationis et explicationis, Luc. 24: 45; linguarum maxime dabatur Apostolis et Evangelistis, I Cor. 12: 10. Id non dabatur ostentationis causa, sed ad utilitatem aliorum, I Cor. 13: 1, 14: 23; sanandi morbos maxime dabatur Presbyteris, Marc. 16: 18, I Cor. 12: 9. Donum Spiritus Sancti ordinarie post opera poenitentiae conceditur, Luc. 16: 11. Cur id aliquando anticipatum fuerit, Act. 8: 19, 9: 17, 10: 44. Dona Dei acquirebantur a Christianis citra laborem, Ioh. 1: 16, I Cor. 12: 8; etiam dicuntur quae multo labore obtinentur, I Cor. 7: 7; hominem qui ea obtinuit, modestum reddere debent, I Cor. 4: 7; hominum liberis usibus subiiciuntur, I Cor. 14: 33; inter se non pugnant, ibid. 32; non contingebant nisi in Christum credentibus, qui ea in sese extinguere poterant, I Cor. 13: 1, 14: 2. Quibus modis custodienda sint, I Tim. 4: 14. Quaedam absolutasunt, quaedam conditionata, Rom. 11: 29. Conditionatis quomodo poenitentia tribuatur, ibid. Dona communia ad communem causam conferenda, Ioh. 17: 23. Dona Spiritus Sancti vitae aeternae erant arrhabo, I Tim. 1: 16. Quibus data, Eph. 1: 14. Dona sua quibus vult Christus distribuit, Matth. 25: 14. Donorum magnitudo supra prophetica qua voce significata, Act. 2: 2.
- Dormire** promori, Ioh. 11: 11, Act. 7: 60, I Cor. 11: 30, I Thess. 4: 13.
- Dositheus** aetate posterior Iesu, sibi vindicavit titulum Christi, Matth. 24: 5, Marc. 3: 6.
- Dositheani** sabbatum caeteris rigidius servabant, Marc. 3: 6. Dositheani et Herodiani eiusdem instituti non erant, ibid.
- Draco** serpens vetus sive malus daemon, Apoc. 12: 3. Tertiam partem Doctorum ad se traxerat per Simonem Magum, Apoc. 12: 4. Draco malitiae primus Simon Magus dicitur, ibid. Draconis pugna cum bonis Angelis traditio Iudaica, ibid. Dracones numina vocantur, Apoc. 12: 3.
- Drauci**, I Cor. 6: 9.
- Druides** Gallorum multa de Deorum vi ac potestate inventuti tradebant, Matth.



15: 2. Sacrificiis interdicebant eos, qui decretis suis non stabant, Luc. 6: 22.  
 Drusilla Agrippae Regis, soror et Felicis coniux qualis fuerit, Act. 23: 24, 24: 24.  
 Dryadum nomine quid Varro intelligat, Rom. 1: 25.  
 Dubia facienda non sunt, Matth. 5: 40. Dubiarum rerum iudicium Christo relinquendum, Iac. 4: 12.  
 Dubitare de occultis, melius quam litigare de incertis, Luc. 16: 25.  
 Dubitatio precum impedimentum, Iac. 1: 6.  
 Dubitantium inconstantia, Iac. 1: 6.  
 Duces pro militum temporaria salute solliciti sunt, Hebr. 13: 17.  
 Duo Prophetae pro coetu Prophetarum, Apoc. 16: 13, 19: 20.  
 Duodenarius numerus cur Hebraeis sacer, Iac. 1: 1, Apoc. 7: 5. Duodenario numero quatenam in Veteri Testamento constabant, ibid.  
 Duplum reddere sumitur in bonam et in malam partem, Apoc. 18: 6.  
 Dura molliter efferendi mos vetus, Matth. 8: 6.  
 Durities animi quid vocetur, Rom. 2: 5.  
 Dynastae vox generalis, specialius explicata, Act. 8: 27.  
 Dyrracheni cuius iuris fuerint, Act. 16: 12.  
 Dysenteria quomodo vertatur a Celso, Act. 28: 8.

E.

Eadem dicuntur quae eandem ob causam sufferuntur, 2 Cor. 1: 6.

Earinus libertus cur dictus Flavius, Act. 27: 1.  
 Ebion non agnoscebat Christum nisi pro nudo Legis Mosaicae interprete, Matth. 19: 21, 24: 11, Ioh. 1: 17. Cur Pauli epistolas non recipiebat, Rom. 7: 4. Eius in Christum calumniae, Luc. 23: 35. Ebionis spiritus inter Iudaeos qualis, Rom. 11: 16.  
 Ebionitae Christum nudum fuisse hominem dicebant, Ioh. 1: 6. Usi dicuntur Evangelio Matthaei mutilo et corrupto, Matth. praef. Ebionitas duplices facit Origenes, comprehendens Nazaraeos, ibid.  
 Ebrietas omnium vitiorum mater et nutrix, Eph. 5: 18.  
 Ecclesiae vox quid significet, Matth. 16: 18, 18: 17. Etiam de coetu Iudaeorum dicitur, Iac. 2: 2. Interdum pro loco ponitur, Act. 4: 15.  
 Ecclesia Christi cur intelligatur Iudae et Israelis nomine, Hebr. 8: 8. Electa est a Deo, 1 Petr. 5: 13.  
 Est populus Christianus, ut olim populus Israeliticus, Matth. 16: 18. Est corpus spirituale, 1 Cor. 6: 15, Eph. 2: 15, 20, 4: 3, 16.  
 Est respublica quaedam non locorum, sed legum consortio, Eph. 2: 19. Est ubi tres sunt, licet Laici, Rom. 16: 4, 2 Thess. 1: 1, Philem. 1, 2.  
 Nova Ierusalem de coelo cur dicatur, Apoc. 3: 12. Tempore persecutionis domus quaeque Ecclesia est, Rom. 16: 4. Vocatur exercitus seu *δύναμις*, Apoc. 3: 8. Ecclesia per Euangelium colligitur, Eph. 3: 6. Dei et Christi beneficio existit, 2 Thess.

1: 1. Coelestia curat ac cogitat, Apoc. 19: 1. Comparatur domui, Rom. 14: 1, Eph. 2: 21. Comparatur sponsae, et urbi monti impositae, Ioh. 3: 29, Rom. 7: 4, Apoc. 19: 7, 21: 9. Ex passione Christi praedicata et credita ortum habuit, Eph. 5: 30. Non intercedit pro peccatoribus contumacibus, Luc. 6: 22. Per tabernaculum figurata, Hebr. 13: 10. Sine malis nunquam est futura, Ioh. 12: 6. In Samaritide praefigurata, Ioh. 4: 42. Turri Babylonicae et iudicio ex duobus surdis apud iudicem surdum agitato quando comparari possit, I Cor. 14: 23. Veritatis columna est et firmamentum, I Tim. 3: 15. Ecclesia et qui ad eam pertinent quales esse debeant, 2 Cor. 11: 2. Ecclesiae sibi colligendae potestatem per quid Christus adeptus sit, Act. 20: 28. Ecclesiae auctor et conservator Christus, Ioh. 14: 1, 16: 15, Act. 20: 28. Qui et eius caput, Ioh. 10: 16, Eph. 1: 22, Col. 2: 18. Cur Christi corpus dicatur, ibid. Causam eius agit Christus apud Patrem, Spiritus Sanctus apud homines, I Ioh. 2: 1. Disciplina eius in criminosos, I Tim. 5: 20. Eius in componendis litibus Christianorum sub profano imperio auctoritas, Luc. 12: 14. Eius titulorum explicatio, I Tim. 3: 15. Unitas quomodo retinenda, Col. 2: 19. Unitas eius ubi servari nox potest, Eph. 4: 3. Unitatis eius figura fuit unum Templum et Tabernaculum

Iudaeorum, Eph. 4: 4. Ecclesiae Catholicae mentio abfuit a primis fidei formulis, Matth. 28: 19. Ecclesiae factiones unde ortae, Luc. 21: 26. Ecclesiae iudicia quatenus inhibenda, Luc. 6: 22. Ordo eius in sacramentis, Rom. praef. Perfectissimae forma quatenus, Rom. 15: 6. Splendor eius et tranquillitas, postquam accessit Constantini et sequentium Principum tutela, Apoc. 20: 1, 21: 1. Status eius florentissimus a Constantino ad Iustinianum imago felicitatis seculi futuri, ibid. Ecclesiae primitivae constitutio et forma, Act. 2: 44, 6: 2, 11: 30, Rom. 12: 3. Eius nota insignis, Ioh. 13: 35. Eius et modernae Ecclesiae differentia magna, Ioh. 13: 35. Ecclesiae schisma ex ambitione ortum Mahumetismo originem dedit, Apoc. 20: 7. Ecclesiae Romanae initium a quibus factum et auctum, Rom. praef. Eius victoriae pro Christo et dignitas, Apoc. 12: 5. Ecclesiae sua iudicia reliquerunt Constantinus et Imperatores eum secuti, Luc. 6: 22. Ecclesiae totius suffragiis iudicia inter Christianos olim exerceri solita moderantibus Presbyteris, Matth. 18: 17. Ecclesiae Christianae quatenus dona reservata sint, Act. 19: 2. Ecclesiae Praepositorum grave munus, Hebr. 13: 17. Ecclesiae qui praeficietur diu ab Ordinatore explorandus est, I Tim. 5: 22. Ecclesiae Rectoribus prima esse debet unitatis cura, Rom.

167 14. Videndum iis non modo quid optimum, sed quid obtineri possit, Rom. 16: 14. Ecclesiae servit, qui Evangelio servit, Col. 1: 25. Ecclesiam Deus nutrit Verbo et Spiritu, vestit virtutibus, Eph. 5: 29. Ecclesiam Hierosolymitanam Apostolica auctoritate primi rexerunt quatuor viri, Apoc. 19: 4. In Ecclesia omnia geri debent summa cum verecundia, 1 Cor. 11: 10. Ibi adsunt et ipsi Dei Angeli, ibid. Ecclesiae ante Leonem solebant sumere pecunias sub trientalibus usuris, Luc. 6: 35. Ecclesiae Asiae septem castra Dei vocantur, Apoc. 20: 9. Ecclesiae per Macedoniam structae quomodo Paulum ornabant, 1 Thess. 2: 18. Ecclesiae cur modo virili specie, modo muliebri describuntur, Apoc. 12: 1. Ecclesiae multae in Indaea fuerunt Apostolorum temporibus postea dispersae, 1 Thess. 2: 14. Ecclesiae plures in una magna urbe erant, et cuique suus Praeses, 1 Tim. 5: 17. Ecclesiae veteres post Baptismum lapsos quosdam admittebant ad communionem, sed non omnes, Hebr. 6: 6. Ecclesiarum totum regimen conformatum fuit ad Synagogarum exemplar, Act. 11: 30, 1 Cor. 5: 2. Ecclesiarum in Palestina penuriae causa tempore Pauli, Matth. 24: 7. Ecclesiarum sanarum iudicio quae stare non possint, 1 Cor. 3: 15. Ecclesias adire solebant Pagani ad videnda quae ibi agebantur, 1 Cor. 14: 23. In Ecclesiis Deus auget sua dona, Hebr. 10: 25.

Ecclesiastica disciplina, vide Disciplina Ecclesiastica. Ecclesiasticis foenus exercere non licet, Luc. 6: 35. Ecbatensium Legati septuaginta a Varo interfecti, Luc. 10: 1. Edere, symbolum alimenti animarum, Matth. 26: 26, Ioh. 6: 27. Edere saepe usum ciborum supra necessitatem significat, Hebr. 13: 10. Edere et bibere pro uti exemplo, Ioh. 6: 53. Edecumare quid, Hebr. 7: 5. Edicta antiquata quibusdam in locis clavis transfigi solita; Col. 2: 14. Effectus idem modo Deo tribuitur, modo Christo, modo nobis subordinate, 1 Ioh. 3: 3. Effecta solent ex causis intelligi, 1 Ioh. 1: 9. Efferendi verbum cur de mortuis dicatur, Luc. 7: 12. Effigies pro re ipsa quae plene spectatur, Hebr. 10: 1. Effusio tacitum habet aquarum comparisonem, Ioh. 7: 38. Egeni a nobis adiuti quo sensu efficiant ut recipiamur in habitacula aeterna, Luc. 16: 9. Egenis popularibus succurrendum ex praecepto Moisia, Luc. 16: 29. Egenti subveniendum ex praecepto Dei, Matth. 26: 11. Egenti dandum, sed non ut ipsi egeamus, Luc. 6: 35, 2 Cor. 8: 13. In Egentes foenus non est exercendum, Luc. 6: 35. Elicere de Ecclesia, Luc. 6: 22. Eldadus unus e numerorum illorum LXX, quos Moses in Synedrium legerat, Luc. 10: 1.

F

Ele-

- Eleazarus idem nomen quod Lazarus**, Luc. 16: 20. **Eleazari Ananiae filii falsum dogma**, Apoc. 9: 1. **Elegisse Deus dicitur, quibus eximie benefecit**, Rom. 11: 28. **Electa nomen proprium**; 2 Ioh. 1. **Electus Messiae titulus**, Luc. 23: 35. **Electi vocabantur primum Iudaei, deinde Christiani**, Matth. 24: 22, 1 Petr. 1: 1. **Electio comitum Christi, ea quae est ad fidem, Patri adscribitur**, Ioh. 13: 18. **Electio et unctio Regis ad quos pertinebant**, Act. 6: 6. **Electio Ministrorum in prima Ecclesia qualis**, Rom. 12: 3. **Electio quaenam fidem sequatur**, 2 Thess. 2: 13. **Electio sub nomine quaenam beneficia veniant**, Eph. 1: 4. **Electio causa omnis exclusa a Christo in eligendis Apostolis**, Marc. 3: 13. **Electio eorum, qui pecunias administrabant Paulus Synodo permittebat**, 2 Cor. 8: 19. **Electio eorum suam Iudaei ab Abrahamo aut ab exitu ex Aegypto auspicantur**, Eph. 1: 4. **Electio eorum suam per bona opera ratam facere oportet**, 2 Petr. 1: 10. **Eleemosynae commendatio**, Luc. 3: 11, 11: 41, 12: 33. **Eleemosynis dispensandis Hebraei tres praeficerent solebant**, 2 Cor. 8: 18. **Elementa artis dicuntur eius rudimenta**, Gal. 4: 3, Hebr. 5: 12. **Eleusinae Sacerdotes qua abstinentia commendati**, Rom. 14: 2. **Elias dicitur metonymice pars** libri Regum, quae res Eliae continet, Rom. 11: 2. **Elias Legis interpretum Princeps**, Luc. 9: 31. **Ex traditione Hebraeorum Messiam erat uncturus eumque populo notum facturus**, Matth. 17: 10, Marc. 9: 19. **Ignem coelitus delapso interfecit duos militum Praefectos**, Luc. 9: 54. **Eliae dictum de futurae vitae gaudiis**, Matth. 27: 9. **Eius et Christi comparatio**, Luc. 23: 2, Act. 1: 9. **Eius preces siccitatem et imbrem Divinitus impetrant**, Iac. 5: 17. **Temporum eius siccitas cur duraverit tres annos et dimidium**, Apoc. 11: 2. **Eliam rediturum vetus fama apud Iudaeos**, Matth. 28: 47, Ioh. 1: 21, 4: 25. **Eliam quomodo Baptista referat**, Matth. 3: 4. **Eliam post tempora Messiae occultatum iri, rursusque se patefacturum in diebus Gog et Magog Iudaei dicunt**, Matth. 17: 11. **Eliam venisse in Spiritu Phineae**, Matth. 11: 14. **De Elia quod dici solebat Iohanni Baptistae aptatur**, Ioh. 5: 35. **Eliakim dictus Rex Ioiakim**, Matth. 23: 35. **Eliezer servus Abrahami requiescere dicitur in sinu Abrahami**, Luc. 16: 22. **Elizabeth mater Iohannis Baptistae, modestiae exemplum**, Luc. 1: 43. **Praesfigurata per Elizabeth Aaronis uxorem**, Luc. 1: 46. **Quo gradu pietatis illustris**, Act. 22: 12, Rom. 3: 9. **Afflatus eius, Iohanne nondum nato, cuius rei indicium fuerit**, Luc. 1: 15. **Nomen eius per insurandum explicatur**, Luc. 1: 72.

- Elizaeus ad propheticum munus ab Elia vocatus spatium salutandi parentes oravit, Luc. 9: 61. Viginti panibus centum homines cibavit, Ioh. 6: 9.
- Elul messis mensis partim Iunio, partim Iulio respondet, Luc. 6: 1.
- Elxaeus dixit cultum Dei externam omnem in rebus mediis esse, Matth. 24: 11.
- Elymaci vicini Persis et Medis, Act. 2: 9.
- Emaus qualis locus, Luc. 24: 13. Emanantem petentium discipulorum nomina, ibi et non alibi Christus versatus est cum Cleopa et altero discipulo, Luc. 24: 28.
- Emerere Latinis veteribus sumere erat, 1 Cor. 6: 20.
- Emendatissimus quis sit, Matth. 18: 22.
- Emmanuel quid significet, Luc. 24: 31. Et Iesus idem nomen, Matth. 1: 22, Luc. 1: 31. Emmanuelis nomen in Christum excellentissimo modo quadrat, ibid.
- Encaenia sive festum Dedicationis, Ioh. 10: 22.
- Encratitae curi Pauli epistolas non receperint, 1 Tim. 4: 3.
- Enochium et Eliam, testes iusti iudicii Dei, in Paradiso vivere traditio vetus, Matth. 8: 11. Enochus dicitur mandasse filio Mathasalae, ut posteris traderet, quae haereditaria traditione audierat, Iud. 14. Speciali privilegio a morte immnis servatus creditur, Hebr. 11: 5. Eius vaticinium de futuro mundi incendio, Matth. 28: 9.
- Epaphras et Epaphroditus idem nomen, Col. 1 praef. Epaphroditus cuius fuerit;
- Col. 4: 9. Princeps erat coetus Philippensium, Phil. 1: 1, Col. 4: 12. Magnum a Paulo testimonium accepit, ibid. Multis locis oberratis Philippis consedit, et inde ad Paulum missus, Phil. 1: 1, Col. 1: 7. Epaphroditus Traiani libertus et procurator, Luc. 1: 3.
- Epaeetus Romanus ex Paganismo ad Christianismum pervenit, Rom. 1: 6.
- Ephesus urbs valde meretrice, 1 Tim. 3: 8; magicis et pravis studiis valde dedita, Act. 19: 19, Eph. 2: 2, 4: 14. Ephesi multi erant sectatores Pythagorae, Eph. praef. Ephesus saepe ex aliis Asiae civitatibus sacrorum causa conveniebant gentes, Iudaei mercatus et iudiciorum causa, Act. 19: 10. Ephesii cur dicantur a Paulo fuisse quondam sine Christo, Eph. 2: 11. Dianae cultores maximi, Act. 19: 35. Ionum traduces, 1 Tim. 3: 10. Eorum detestanda vitia, Eph. 4: 19. Ephesiorum Christianorum perseverantia in persecutione Neronis, Act. 20: 29. Ephesini mercatores multa negotia Romae habebant, 2 Tim. 1: 17. Ephesiis cur tam eximia vocatio contigerit, Eph. 1: 5.
- Ephoris solis apud Spartanos licebat somnia referre, Ioh. 11: 51.
- Ephraimitae ab aliis Iudaeis dialecto distinguebantur, Ioh. 4: 9. Ephraimiticae tribus reliquae post cladem ab Iephtha illatam se contulerunt in urbem Ephraim, Ioh. 11: 54. Ephrem et Ephron urbes diversae, Ioh. 11: 54.

Ephphata vox solemnis olim in Baptismi ritibus, Marc. 7: 34.

Epicuri improba sententia de incestu, Rom. 1: 32, 1 Cor. praef. Eius opinio de resurrectione, Eph. 2: 12; circa Deum, 1 Tim. 6: 4.

Epicurei et eorum dogma, Act. 17: 18, 1 Thess. 4: 13. Divinam providentiam negabant, Matth. 24: 9. Eorum dicta quaedam voluptuosa, 1 Cor. 15: 32.

Epimenides quis et qualis fuerit, Tit. 1: 12. Cur Paulo dicatur Propheta, ibid. Futura non praedicebat, sed incognita revelabat, Matth. 26: 68, Tit. 1: 12.

Epiphanius castigatus, Matth. 22: 23; duobus locis emendatus, Matth. 5: 2. Eius opinio de Natali Domini, Luc. 2: 8.

Episcopus qua forma uti possit, valedicens Ecclesiae suae ex causis necessariis, Act. 20: 18. Episcopi manusquale, Luc. 10: 1, 1 Thess. 5: 12, Tit. 1: 5, Hebr. 13: 7. Illud ambire olim erat fortitudinis maximae signum, 1 Tim. 3: 1.

Episcopi Romani LXX Episcopi adsessores cur olim Libra dicti, Luc. 10: 1. Episcopo quinam responderunt in Templo et in Synagoga, Act. 20: 17. Episcopi vocati Presbyteri omnes, per excellentiam autem hoc nomen Principi coetus adhaesit, Act. 20: 17, Eph. 4: 11, Phil. 1: 1, 1 Tim. 3: 1, Tit. 1: 5, 1 Petr. 5: 2. Episcopi quomodo intelligantur constituti a Spiritu Sancto, Act. 20: 28. Expendendi privatorum controversiis an recte va-

lent, Luc. 12: 14. Cum Presbyteris morum iudicia exercebant praesente multitudine, Luc. 6: 22, 12: 14. Curam gregia paulatim in mundani imperii speciem mutarant, Matth. 20: 28. Eligendi non sunt nisi qui annum aetatis trigesimum compleverunt, Luc. 3: 23. In electione Presbyterorum nihil affectibus suis tribuere debent, Act. 16: 2. Nihil agere debent sine Presbyterorum consilio, Act. 15: 2, 21: 22. Quales esse debeant, 1 Tim. 3: 1, Tit. 1: 6. Quomodo specialiter a veteribus Christianis nominati fuerint, Luc. 2: 25. Sunt veluti gemmae pretiosi in manu Christi, Apoc. 2: 1. Vocantur Angeli in Apocalypsi, Luc. 10: 1, Tit. 1: 5, Apoc. 2: 1, 4: 8, 20: 17. Ultra terminos suos neminem eligere poterant, 2 Cor. 10: 13. Legibus civilibus subiecti sunt, Rom. 13: 1. Hierosolymitani a Simeone ad Iudam quinam fuerint, Iud. 1. Cur ex gentibus primum lecti post profugatum Barchochebam, Apoc. 11: 15. Episcoporum benedictio per manus protensionem initio et sine conventus, Luc. 24: 50. Episcoporum quorundam iuramentum, Vide Inbamentum Episcoporum. Ad Episcoporum gradum vel Presbyterorum non poterant pervenire servi nolente Domino, 1 Cor. 7: 21. Episcopus plures, quam unum in una urbe esse vetuit Synodus Nicena, Act. 28: 27.

Epistola ad Romanos cur prima

ma in ordine Epistolarum Pauli ponatur, cur Graece scripta, ubi scripta, quando scripta sit, Rom. praef.; aliis Epistolis Pauli cur difficilior intellectu, ibid., Rom. 2: 25. A Veteribus melius intellecta quam a novis Scriptoribus, Rom. praef. Haec et ad Galatas Epistola plane germanae sunt, Gal. 3: 19. In Marcionis exemplaribus finitur capite 14, Rom. 14: 23. Epistola prior ad Corinthios ubi scripta sit, caet. 1 Cor. praef., 1 Cor. 16: 19. Epistola posterior ad Corinthios quando scripta sit, et cur priore lenior sit, 2 Cor. praef., 2 Cor. 1. Etiam ad alias Achaiae Ecclesias missa, 2 Cor. 1. Epistola ad Galatas inter primas Pauli esse existimatur, Gal. praef. Cur caeteris vehementior, ibid. Quo tempore scripta sit, Gal. praef. 3: 11. Epistola ad Ephesios cur a Paulo scripta, Eph. praef. Haec et ad Colossenses eodem tempore scriptae, ibid. Huius epistolae argumentum, ibid. Putatur esse eadem quae ad Laodiceos, ibid., Col. 4: 16. Epistola ad Philippenses quando et cur scripta sit, Gal. 6: 12. Cur caeteris blandior et alacrior, Phil. praef. Epistola ad Colossenses ubi et quando scripta, Col. praef. Epistola prior ad Thessalonicenses quando et ubi sit scripta, 1 Thess. praef. 3: 6. Epistola altera ad Thessalonicenses ad quos scripta, Rom. 16: 21, 1 Thess. praef., 2 Thess. praef. Cur secunda dicatur, ibid. Cur diu oc-

cultata fuerit, 2 Thess. praef. Quando scripta, ibid. Videtur de Caio Imperatore et Simone Mago agere, ibid. Epistola prior ad Timotheum ubi scripta sit, 1 Tim. 3: 14. Epistola posterior ad Timotheum quando et ubi scripta, 2 Tim. praef. Multa continet ex priore ad Timotheum et epistola ad Titum, ibid. Epistola ad Titum quando et ubi sit scripta, Tit. 1. Epistola ad Philemonem ubi scripta sit, Philem. 1. Epistola ad Hebraeos ad quos scripta sit, Act. 21: 20. Quo fine scripta sit, Hebr. praef. Quanta prudentia scripta sit, Hebr. 6: 11. Scripta stante adhuc templo, Hebr. 8: 13, 9: 9. Lucae potius adscribenda videtur, quam alicui alii, Hebr. praef. Cur ultimum inter Paulinas sortita sit locum, 1 Thess. 1. Cur serius ab Ecclesia Romana in canonem recepta sit, Hebr. 6: 6. Epistolas plures ad Hebraeos forsitan existitisse, Hebr. 6: 3. Epistolae quas Paulus Romae ex vinculis scripsit maxime omnium sunt egregiae, Col. praef. Quaeenam sint, Eph. 3: 1, Col. 1. Epistolae Paulinae quo ordine digestae, Rom. 1, praef. Epistolarum Paulinarum prima earum quae ad nos pervenere, quaeenam sit, 2 Thess. praef. Quaedam Paulus sua manu scribebat, quaedam aliena, Gal. 6: 11. Epistola Iacobi quibus et quando scripta sit, Iac. 1: 1. Epistola Petri altera Traiano imperante scripta est, 2 Petr.

- 1: 14. Petri esse multi non crediderunt, 2 Petr. 1: 1. Ex binis constat epistolis, ibid.
- Epistola prima Iohannis dicta est olim Epistola ad Parthos. Cur nec in fronte titulum Apostoli, nec in fine salutationes Apostolicas habeat. Ubi, cur et quando scripta, 1 Ioh. praef.
- Epistola Iohannis secunda quando scripta sit, 2 Ioh. 7. Hanc et tertiam non esse Iohannis Apostoli unde constat, ibid.
- Epistola Iudae, a quo, quando, et ad quos scripta sit, Iud. 1, 17.
- Epistolae multae sub Apostolorum nomine fabricatae, 2 Thess. 2: 2.
- Epistolae quoniam apud multas gentes non habebantur pro Apostolicis, 2 Ioh. 1.
- Epistolam suam quo sensu vocet eos Paulus ad quos scribit, 2 Cor. 3: 2.
- Epitaphiorum quoniam frequens tam apud Graecos quam apud Romanos inscriptio, Matth. 28: 6.
- Epulae sacrificium sequi solebant, Apoc. 19: 17. Epulum dare populo post sacrificium quibus mos fuerit, 1 Cor. 8: 1. Epulo excipi solebant victores, Apoc. 2: 17.
- Equus celeritatem significat, Apoc. 14: 14; potentiae signum, ibid. 6: 1. Sine causa male tractatus non redditur docilis, Eph. 6: 4. Equus candidus vocatur Euangelium in Apocalypsi, Apoc. 6: 2, 19: 11, 14. Equus pallidus quid in Apocalypsi significet, Matth. 24: 7.
- Erastus quale nomen, Rom. 16: 23. Erastus Corinthi arcarius, Rom. 1, 2 Tim. 4: 20. Errare vel falli qui passim dicantur, Matth. 19: 6, 22: 37, 44, 23: 2, 23. Errasse alicubi in quibusdam codicibus sacri textus dicuntur librarii, Matth. 5: 37. Erratur laudabiliter et tutius in fuga rerum nobis gratarum, Luc. 18: 9. Errantes leniter tractandi non maledictis exasperandi, 2 Tim. 2: 25.
- Errores quinam primo seculo se Ecclesiae insinuaverint, Ioh. praef.
- Erubescere aliquem pro reverentiusurpant Latini, Marc. 8: 38, Luc. 9: 26.
- Erythraeum mare unde nomen habeat, Hebr. 11: 29.
- Esaias fuit figura Christi, Luc. 4: 21. Multa pertulit mala Manassis tempore, Act. 8: 34. Quo sensu dicatur vidisse gloriam Christi, Ioh. 12: 41, 48. Serra dissectus fuit, Matth. 27: 44, Hebr. 11: 37. Eius in Deum fiducia, Hebr. 2: 13. Eius hymnus qualis, 1 Cor. 14: 26. Ei annuntiationis munus datum fuit, Luc. 4: 18.
- Esau quomodo a Graecis aliter appellatus, Hebr. 11: 29.
- Esau et Edom pro Idumaeis, Rom. 9: 12.
- Esdras usus fuit separatione a coetus communione, Luc. 6: 22.
- Esse apud Deum quid dicatur, Rom. 9: 14. Esse cum aliquo quid significet, Ioh. 16: 32; peculiariter de Deo dicitur, Matth. 28: 20. Esse alicui dicitur quod ab eo habetur, Rom. 7: 3. Esse in aliquo; aut manere quid sig-



significet, Ioh. 6: 56, 14: 17, 1 Ioh. 2: 5. Esse in Christo quinam dicantur, Gal. 3: 28. Esse dicitur id quod apparet, Luc. 10: 36, Ioh. 15: 8, 19: 12, Rom. 3: 4, 5: 20, 15: 16, 1 Tim. 3: 10. Esse pro esse debere, 1 Cor. 5: 7; pro versari, 1 Thess. 2: 5; pro vivere, Matth. 2: 18.

Est et non quid significet, 2 Cor. 1: 17.

Esseni a iuramentis in rebus incertis sibi cavebant, Iac. 5: 12. Iidem qui Hasidæi vocantur, Matth. 5: 44. Per egre proficiscentes armati erant latronum metu, Luc. 22: 38. Potissima sementis Christianorum in Iudæa, Matth. 3: 6, 5: 44, 10: 10, Act. 2: 44. Scortatione velut re illicita abstinabant, Matth. 15: 19. Una veste contenti fuere, Matth. 10: 10. Essenorum instituta qualia, Matth. 3: 6, 15: 2, Act. 2: 44. Eadem erant cum Pythagoricis, Matth. 1: 20.

Cum veterum Christianorum institutis multum congruebant, Matth. 5: 34, 23: 6. Eorum iuramenta rara et religiosa, Matth. 5: 34. Eorum multi a matrimonio abstinabant, Hebr. 13: 4. Qui a matrimonio abstinabant, soli meditationi vacabant, 1 Cor. 15: 1. Eorum opinio de animarum statu, Luc. 16: 23. Eorum ministri ingenui, Act. 6: 3. Eorum precatio, Matth. 5: 44; superstitio, Matth. 15: 2; Synagogæ, Matth. 23: 6; temerantia, Matth. 15: 19.

Esurientes in Evangelio quinam dicantur, Luc. 6: 21.

Et particula apud Hebræos sæpe librum inchoat, Apoc. 11: 19.

Etiā, vocis etymologia, Luc. 1: 15.

Eva concupiscentiam significat, Iac. 1: 14; morituros non peperisset, nisi Adam actu ipso peccasset, ibid.

Eva secunda est tota Ecclesia, Apoc. 12: 17. Eius semen omnes Christiani, ibid.

Euangelium cur secundum Matthæum, Marcum etc., et non Matthæi, Marci etc. dicatur, Matth. præf. Euangelium Pauli quo sensu dicatur, ibid.

Euangelium Matthæi quâ linguâ sit scriptum, Matth. præf. Eodem utebantur et Nazaræi et Ebionitæ; sed illi aucto et interpolato, hi corrupto et mutilato, ibid., Matth. 3: 16, 19: 21.

Euangelium Lucae quâ ratione sit a Marcione refictum, Matth. 19: 21.

Euangelium Aegyptiacum, Luc. præf.

Euangelium Hebraicum, Matth. præf., 21: 9.

Euangelium Iohannis ubi et quo tempore scriptum, Ioh. præf. Praetermissa a cæteris tractat, ibid., 3: 24. Ei ab Ephesina Ecclesia additum caput ultimum, Ioh. 20: 30.

Euangelium facilis res est, Rom. 10: 8. Est causa veræ apud Deum iustitiæ, Rom. 9: 33, 2 Cor. 11: 15. Est cibus, Ioh. 6: 27. Cur Dei brachium vocatur, Rom. 1: 16, Gal. 4: 7. Cur dicatur in Sione positum, Rom. 9: 33. Cur sole lucidius, Rom. 1: 18. Eximie veritas dicitur, Eph. 1: 13, 1 Petr. 1: 22.

Est Thalmud seu doctrina, sed oppositum Iudaico, Rom. 6: 17. Est instrumentum Christi, Eph. 3: 7. Fides dicitur, Gal. 3: 23. Gratia Dei vocatur, Act. 13: 43, 14: 3, Iud. 4. Lex nova et complementum veteris, Act. 2: 1. Lumen dicitur, 1 Petr. 2: 9. Mysterium cur dicitur, 1 Tim. 3: 16. Testimonium Christi cur dicitur, 1 Cor. 2: 1. Potentia Dei ad salutem, Iac. 1: 21. Per excellentiam dicitur scientia Dei, 2 Cor. 10: 5. Dicitur verbum, Gal. 6: 6. Sermo veritatis, Ioh. 14: 6. Via veritatis, Iac. 5: 19. Via ducens ad sedes supraethereas, Hebr. 9: 8, 1 Ioh. 1: 1. Vim Dei in se positam habet, 1 Cor. 1: 18.

Euangelium Christo praedicante paucos, eo vitae mortali exempto plurimos peperit, Gal. 4: 27. Colligendae et servandae Ecclesiae causa datum est, Col. 1: 25. Commitem habet veram sapientiam, Col. 3: 16. Condemnaturum quomodo dicitur incredulos, Ioh. 12: 48. Cur pauperibus et humilibus annuntiatum, 1 Cor. 1: 26. Cur maximi faciendum, Ioh. 12: 48. Dat conscientiae sensum, Apoc. 14: 11, Rom. 2: 7. Etiam ante excidium Hierosolymorum per totum orbem sive omni creaturae praedicatum dicitur, Matth. 24: 14. Per quos primum innotuit, 1 Tim. 3: 16. Fructum producit vere aeternum, 1 Petr. 1: 25. Habet ultimae necessitatis tuae tela, et quando iis uti liceat, Luc. 9: 56. In credentibus ope-

ratur patientiam, 1 Thes. 2: 13. Nec stupidos contemnit, nec ab ingeniosis contemni debet, Rom. 1: 14. Nemini assentatur, 2 Tim. 4: 4. Nil prodest nisi fides ei habeatur, Rom. 1: 16. Purgat a vitiis sectatorum suorum animos, Ioh. 3: 5, 13: 10, Rom. 8: 1, Hebr. 9: 9. Quo die ab Apostolis praedicari coeperit, Act. 2: 1. Qua reverentia tractandum, 1 Tim. 6: 3. Receptum mundi odium parit, Ioh. 17: 14, 2 Tim. 3: 12. Sanctimoniae personam detrahit iis, qui pii indicantur, Luc. 2: 34. Speculo comparatur, Iac. 1: 25. Vires dat magnas uti volentibus, Rom. 6: 14. Ut arbor simul profert fructus et crescit, Col. 1: 6.

Euangelii historia quantum temporis complectatur, Matth. praef., unde incipiat, Act. 1: 22. Euangelii liber cur potius *καὴν διαθήκη* quam *καὶνὸς νόμος* Christianis veteribus appelletur, Matth. praef., et novum potius Foedus quam Testamentum Latine dicatur, ibid. Euangelii nomine quomodo et cur ipsa historia Christi inscribatur, Matth. praef. Tituli huius, libris res Christi continentibus praefixi, antiquitas, ibid. Euangelii vox, item Euangelii regni et pacis a Prophetis accepta, Matth. praef. Eiusdem duplex significatio primaria et secundaria, Matth. 24: 3, 1 Cor. 16: 1, Apoc. 1: 9.

Euangelii annunciatio est sacrificium egregium, 2 Tim. 2: 15. Duas habet partes, postulationem et promissionem,

nem, Luc. 24: 47. Euangelii beneficium Iudaeis et Gentibus aequè necessarium, Rom. 3: 9. Euangelii causa in bonam partem Christus accipit quaevis beneficia a quovis hominum, Marc. 9: 41. Euangelii cognitio vim habet a peccatis liberandi, 2 Petr. 2: 20. Contemptus non est effectus necessarius vitii cuiusdam communis, Matth. 10: 15. Contemptoribus gravior poena imminet quam Sodomitis, ibid. Contemptoribus maiores poenae imminet quam quibus Euangelium annuntiatum non est, Marc. 16: 16, Luc. 12: 47. Eius contemptoribus immitit Deus seductionem praevalidam, 2 Thess. 2: 11. Eius fideles praecones et ministri, Dei sunt socii, quodam respectu, Marc. 16: 20. Gustum eius quendam habuerunt Israelitae liberatione a captivitate Babylonica, Eph. 2: 12, 3: 10, Hebr. 8: 8. Eius lux ex tenebris Legis, 2 Cor. 4: 6. Mirabilis eius brevi tempore propagatio, Matth. 13: 31, 24: 14, Luc. 10: 18, Rom. 15: 20. Euangelii negotium et Agricultura comparantur, 1 Cor. 3: 6. Eius praecepta omnia an verbis, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, contineantur, Act. 15: 20. Promotio eius opus Domini est, 1 Cor. 16: 10. Seges felicior fuit apud Gentes quam Iudaeos, Act. 28: 28. Sermo eius pura ac pista veritas est, Ioh. 7: 17. Discernit permixtos, etiam coniuges, Luc. 17: 34. Spiritus eius, Spiritus mansuetudinis et lenitatis, Luc. 9:

56. Summa eius in dilectione consistit, Eph. 1: 4, Rom. 15: 7. Eius vestibulum quid, Eph. 2: 12. Euangelii ministri omnes modestiam prae se ferre debent omnia ad Dei honorem referendo, 1 Cor. 1: 12. Euangelio obedire quinam dicantur, Rom. 10: 16. Eorum qui Euangelio non credunt poenae, Marc. 16: 16, 1 Cor. 1: 18. Euangelio cur citius crediderint pauperes quam divites, 1 Cor. 1: 26. Euangelium dereliquentes Iudaei maximorum criminum rei facti sunt, Ioh. 12: 35. Euangelium praedicandi ius unde, Matth. 28: 18. Euangelium Paulus proprio sumptu annuntiavit, 1 Cor. 15: 58. Euangelium praedicare quorum sit, Act. 8: 5. Euangelium prius spretum Iudaeorum quidam Christi parricidae receperunt, Rom. 11: 8. Per Euangelium Deus regnat in hominibus etiam Regibus, Act. 1: 3. Per Euangelium patet nos naturae nostrae ope vitam consequi non posse, Rom. 3: 27. Euangelia ut Sabbatis legerentur non minus quam veteres Scripturae introduxit primum Synodus Laodicensis, Act. 15: 21. Euangelia quo titulo possent Latine appellari, Matth. praef. Euangeliorum scriptores multa referunt non temporis ordine, sed ex rerum ductu, Matth. 26: 6, 28: 2. Exacte notant locum et modum sepulturae Domini ad probandam veritatem resurrectionis, Matth. 27: 59. Euangelica Doctrina cur de-

- positum vecetur, 1 Tim. 6: 20. Omnibus seculis abscondita ante revelationem Divinam, Matth. 13: 35, 41. Occupatur in fide et dilectione propter Christum, 2 Tim. 1: 13. Statuum differentias non tollit, Philem. 15. Evangelica functio quo tendat, Tit. 1: 1. Evangelicae Legis initium unde sit, Hebr. 2: 4. Evangelicae veritati Paulus fidem adstruebat miraculis, Rom. 2: 16. Evangelicum ministerium cur Prophetico avidius accipiendum, Luc. 9: 61.
- Evangelistae qui vocati, et eorum munus, Act. 21: 8, Eph. 4: 11. Evangelistae munus Lucas Pauli vice multis in locis fideliter obivit, 2 Cor. 8: 18.
- Eubulus nomen Atticum, et quinam ita appellati fuerint, 2 Tim. 4: 21.
- Eucharistia mortuis corporibus olim etiam data, 1 Cor. 15: 29. Infantibus data, Matth. 19: 13. Quando extra convivii formam celebrari coepta, Matth. 26: 26. Vide etiam Coena Domini.
- Euclides Megarensis Socratis audiendi causa noctu Athenas veniebat, Ioh. 3: 2.
- Eventus et Eventa idem, Act. praef. Eventus optimus vaticiniorum interpret, Luc. 24: 45. Eventus nomen saepe datur operae in id impensae, Hebr. 2: 16.
- Everriculum quale retis genus sit, Matth. 13: 47.
- Euge laudantis exclamatio, Matth. 25: 21.
- Eunice Timothei mater, Act. 16: 1.
- Eunuchus Candacis quo in fonte Baptizatus fuerit, Act. 8: 36. De Baptismi necessitate a Philippo etiam instructus fuit, Act. 8: 36. Cur Philippum post Baptismum ultra non viderit, Act. 8: 39. Hebraeo sermone Esaiam legebat, quem cum religione a Iudaeis in Aethiopia acceperat, ibid. 32.
- Eunuchi dicuntur viri, quod virorum habeant speciem; iis ad vitandas suspiciones utebantur Reginae, Act. 8: 27.
- Euphrates pro Tiberi, Apoc. 16: 12.
- Eutyclus sive Eutyches nomen frequens in Graecia, Act. 20: 9.
- Eutychetae praepotens olim secta, Luc. 1: 35.
- Euthymius castigatus, Marc. 16: 12.
- Exceptiones tacite insunt Legibus generalibus, Matth. 5: 32.
- Excerpere ex Sacris Literis quod maxime placet non licet, Luc. 24: 25.
- Excessus et Exitus pro morte, Luc. 9: 31, 2 Petr. 1: 15.
- Excessus nihil facit in eo quod satis est, Luc. 12: 15.
- Excessibus quotidianis institutum lavacrum, Ioh. 13: 10.
- Excidium Urbis et Templi Hierosolymorum figura iudiciorum Dei generalium, Luc. 21: 32. A Paulo latenter praedicitur, Rom. 3: 8. Eius signum fuit Evangelici sermonis ablatio, Luc. 17: 22.
- Excitare quid significet, Act. 3: 26, Rom. 9: 17. Etiam de aedificio dicitur, Ioh. 2: 19.
- Excludere de Ecclesia, Luc. 6: 22.
- Excommunicandi forma, 1 Cor. 5: 12. Quae olim apud Hispana-

- panos usitata, 1 Cor. 16: 22.
- Excommunicatio temeraria in Ecclesia vitanda**, Matth. 24: 29. **Excommunicationis causae praecipuae**, 1 Cor. 5: 11.
- Excutere pulverem quid significet**, Matth. 10: 14.
- Exsecrabiles pronuntiabantur in Lege qui ex Lege vivere nolebant**, Ioh. 7: 49.
- Exemplar nostrum Christus factus est**, Ioh. 12: 27.
- Exemplum Christi plurimum valet ad ferenda fortiter adversa**, Hebr. 2: 10. **Via ad Patrem**, Ioh. 14: 6. **Exemplum obedientiae, patientiae, mansuetudinis, dilectionis est Christus**, 1 Petr. 2: 24. **Exemplo Christi pii ad crucem vocantur**, 1 Petr. 4: 19. **Eo suos ad mutnam dilectionem provocat Christus**, Ioh. 15: 17. **Eo uti est Christum edere et bibere**, Ioh. 6: 53. **Exemplo blandissime iubetur**, 1 Petr. 5: 3.
- Exempla spectatae virtutis in Veteri Foedere quaeenam**, Luc. 13: 2. **Exemplorum bonorum utilitas**, Ioh. 6: 53. **Exemplis facile corrumpuntur homines**, Apoc. 14: 8.
- Exercitationem corporalem voluntariam Christus non improbat**, Luc. 18: 12.
- Exilium legibus Mosaicis incognitum**, Luc. 6: 22.
- Exire et incidere in tentationem quis dicatur**, 1 Cor. 10: 13.
- Exitus ex Aegypto figura liberationis ex ignorantiae tenebris et peccati servitute**, Luc. 1: 54. **Exitus ex Aegypto immortalitatis animorum Symbolum**, Luc. 9: 31. **Tempora Messiae referebat**, Luc. 11: 46, 1 Cor. 11: 28.
- Quo die contigit**, Matth. 26: 2. **Exitus consiliorum Dei quomodo suspendatur interdum conditionate**, Luc. 7: 30.
- Exorcismi formula, In Nomine Iesu Nazareni egredere, cur etiam per minus bonos pronuntiata vim habuerit saepe**, Marc. 9: 38. **Exorcismi per nomen Dei veri, quomodo etiam apud Gentes eventus suos habuerint**, Matth. 12: 27.
- Exorcistae Iudaei fugabant Daemones invocatione Divini nominis**, Marc. 1: 27.
- Expiare hominem cum dicitur Sacerdos in delictis minoribus quid significet**, Marc. 2: 7. **Expiandi apud Gentes ter se mergebant sub aqua**, Matth. 28: 19.
- Expiatio anniversaria per Pontificem figurae magis quam rei causa fiebat**, Hebr. 9: 7. **Eius ritus**, Hebr. 9: 4. **Eius in Veteri Foedere vis ac fructus**, Gal. 3: 10. **Eius dies annuus tempus conceptionis Elizabethae**, Luc. 2: 8.
- Expectatio longa promissionum Dei nos lassare non debet**, Hebr. 11: 9.
- Extorum pars, quae in aram vel focum dabatur, quo nomine a Graecis appellata**, Act. 15: 20.
- Extraneum foenerare Iudaeis licuit**, Luc. 6: 35. **Quem in causa foeneris nominent Iudaei**, ibid.
- Extraneis licuit sacrificare extra Hierosolymam**, Luc. 4: 27. **Vide etiam Alienigena.**
- Ezechias Rex non obscura Christi imago**, Rom. 15: 12. **Ezechiae et Theodosii comparatio**, Apoc. 21: 4.

**Ezechiel cum ad Chaboram** esset, quomodo viderit ea quae gerebantur in Templo Hierosolymitano, 2 Cor. 12: 2. Cur quadraginta dies lateri suo incumbere iussus fuerit, Apoc. 2: 10. Interdum Chaldaizat, Matth. 27: 46. Tempora putat a sua deportatione, Apoc. 12: 3, 16: 10. Eius vaticinia impios eludebant, 2 Petr. 3: 4. Vaticinio eius deceptus Sedechias, Hebr. 6: 18.

## F.

**Fabulae**, Matth. 7: 3, 13: 3. **Fabulae Iudaicae**, 1 Tim. 1: 4, Tit. 1: 14. **Fabulae de expiationibus ex Chaldaica et Orphica disciplina**, 2 Tim. 4: 4. **Fabulandi quae fuerit materia Poëtis et Thalmudistis et Mahumeti**, Matth. 8: 11. **Facere dicitur et qui facto causam vel occasionem praebet**, Matth. 19: 9, Ioh. 12: 40, Act. 2: 23, 7: 9, Rom. 12: 20, 2 Thess. 2: 4, 1 Tim. 3: 2, Hebr. 13: 21. **Facere dicitur qui per alium facit**, Matth. 28: 11, Ioh. 3: 22, 6: 11, Act. 10: 48, 16: 37, Apoc. 2: 16. **Facere is dicitur in S. Scriptura qui facit quod eodem loco habetur Deo iudice**, Ioh. 15: 23. **Facere dicuntur qui factum approbant**, Hebr. 6: 1. **Facere pro faciendi potestatem habere**, Ioh. 6: 4. **Pro in actu perseverare**, Apoc. 13: 5. **Facere Scriptura dicitur quod ostendit**, Gal. 3: 22. **Facere dicuntur Prophetæ quod praedicunt**, 1 Tim. 4: 14, 1 Ioh. 3: 15. **Fecisse dici-**

**tur, qui facere voluit**, 1 Cor. 15: 31. **Fecisse scelus dicitur, cui prodest**, Matth. 27: 6. **Facere aliquid ad hunc aut illam finem quis dicitur, qui tamen ab ipso non intentus, sed actum eius aliunde consequitur**, Matth. 26: 12. **Facere dicuntur homines, quod faciunt per gratiam Dei excitati**, Act. 13: 48. **Facere bellum pro hostiliter tractare**, Apoc. 11: 7, 12: 17, 13: 7. **Facere iustitiam quid in Veteri Testamento significet**, Hebr. 11: 33. **Facere rem**, Matth. 25: 16. **Facere veritatem pro sincere agere**, Ioh. 3: 21. **Facere quod nostrum est tenemur, quia Deus fecit quod suum est**, 2 Petr. 1: 5. **Facere ac loqui omnia in nomine Christi quid sit**, Col. 3: 17. **Facere cum aliquo paucos dies quomodo intelligendum**, Iac. 4: 13. **Faciendum parato quod faciendum docetur**, Luc. 19: 8. **Facies in homine pulcherrima**, 1 Cor. 12: 24. **Cui rei comparetur, ibid.** **Hebraeis omne quod adspicitur**, Luc. 9: 53, Ioh. 7: 24, 2 Cor. 4: 6, 5: 12. **Faciem verberare inter maxima Iudibria est**, 2 Cor. 11: 20. **Faciem Regis videre et stare coram Rege quid**, Matth. 18: 10. **Facie in terram prostrata precari summa demissio**, Matth. 26: 39. **Facta aeternum remuneranda quaenam Deo aestimantur**, Rom. 10: 9. **Externa nude non spectanda, sed animus**, Marc. 12: 43. **Fidei opponuntur a Paulo**, Luc. 10: 26. **Facta naturaliter nullam habent significationem nisi quam**

quam quisque vult, Luc. 24: 28. Ad certam significationem restringuntur Lege aut ex pacto, ibid. Facta nostra dignissima comparari non possunt cum futura gloria, Luc. 17: 7. In Factorum contentione temporum et circumstantiarum ratio habenda est, Matth. 26: 11. Factorum quorundam facientorum gratia peccata remittuntur, Luc. 7: 47. Talia non sunt prohibenda, ibid. Factorum serie perpetua quisque optime se potest explorare, 1 Ioh. 3: 19. Factis bonis bona, malis mala Deus reddit, Rom. 2: 6.

Falsi amantes ear alieni sint a Christo, Ioh. 18: 37. Falsi crimina abest ab eo qui mentiendi causam non habet, Ioh. 7: 18.

Fals pro praedicatione Evangelii, Apoc. 14: 14.

Fama magna potius quam mala: orb quibus Regibus aut Regulis periculosa, Marc. 6: 20. Famae malae qui fuerant etiam recipi poterant ad Christianismum, 1 Tim. 3: 7.

Fames ignis nomine appellatur, quia urit, Apoc. 16: 8. Fames ingens sub Gommedo, ibid. Fames in Iudaea sub Claudio, Matth. 24: 7; ab Agabo praedicta fuit, ibid., Apoc. 6: 5. Fames et siti depingitur: status futurae damnandorum poenae, Luc. 6: 25.

Familia Dei, fidei, et Spiritualis quae, Gal. 6: 10. Familia Dei superior Angeli, inferior homines, Luc. 2: 14, 1 Cor. 4: 9, Eph. 3: 15. Familiae Dominus Christus,

pars Moses, Hebr. 3: 3. Familiae imperat Materfamilias, sed viri nomine, 1 Cor. 11: 7. Familiae tutandae occasiones negligi non vult Christus, Luc. 12: 15. Familiarum iura conservabat Lex Leviratus, Luc. 3: 23. Familiarum simul ad fidem conversarum exempla, Ioh. 4: 53. Familiarum progenitores quo nomine appellati, Hebr. 7: 4.

Familiaritatis propioris indicia inter Deum et pios, Ioh. 14: 23.

Famula opera, Matth. 12: 1.

Fascinare deducitur a Graeco *βασανισμῶς*, Matth. 20: 15, Gal. 3: 1.

Fastus est opibus comes, Iac. 2: 6.

Fatum vocat Iosephus providentiam circa ea quae facimus, Matth. 22: 23. Fati discrimen in iudicio Dei nihil potest, Apoc. 20: 13.

Fatis manum inieciantibus hebetari solent hominum sensus et obtundi, Rom. 11: 8.

Fedus a feriendo, Matth. praef. Pactum publicum est, Hebr. 9: 15. Fedus novum et aeternum sancitum est effuso Christiana sanguine; Hebr. 8: 8, 13: 20. Fedus Dei cum Israelitis conceptum pro temporum atque hominum ratione, Luc. 15: 2. Sempiternum est, Luc. 1: 55, 73. Tale fuit ut alterum posset esse perfectius, Hebr. 8: 7.

Federis tabulae quid denotarent, Hebr. 9: 4. Federis vocabulo appellantur circumcisio et adpersio sanguinis, Rom. 9: 4. Federis veteris et novi differentia, Matth.

20: 4. Federis et Testamenti discrimen, Matth. praef. Federis et Legis differentia, Matth. praef. Federis novimentio in vetere cur inveniat, et nullius alterius novi in novo, Gal. 1: 8. Dispensatio propria, Luc. 13: 2. Suavitas unde appareat, Ioh. 4: 21. In Federe novo Deus respicit, quod summam suam bonitatem decet, Luc. 17: 10. Federis sancienti formula vetus, Matth. 26: 28. Federa sanguine et dissectis pecudibus sancienti mos, Matth. praef. 26: 28, Col. 1: 20, Hebr. 8: 10; 9: 20. Etiam admoto calice humani sanguinis sancita, Matth. 26: 27.

Fel Hebraeis vocatur omne venenum, Hebr. 12: 15. Fel amarissimum quid mystice significet, Act. 8: 23.

Felicitas hominis imitatio Dei, Matth. 5: 48. Alterius seculi per verba edendi et bibendi populariter describitur, Matth. 8: 11, 26; 26: 20. Coelestis cur dicatur haereditas, Eph. 1: 14. Temporalia Christianis promissa non est, Marc. 10: 30. Felicitatis alienae conspectus gravat dolorem, 2 Thesa. 1: 10. Felicitatis omne genus promittitur piis, cum vita aeterna, Ioh. 10: 10.

Felix Iudaeae Praeses quis et qualis fuerit, Act. 23: 24, 24: 25. Quibus regionibus praefuerit, ibid. 24: 10. Apud Neronem accusatus per fratris Pallantis potentiam poenae ereptus est, ibid. 24: 27. Cui in causa Pauli interlocutus fuerit, ibid. 24: 12. Oppugnavit Aegyptum im-

postorem, Matth. 24: 5. Femina mas est imperfectus, 1 Cor. 11: 7. Res imbecilla, 1 Petr. 3: 7. Cur ineptior sit viro ad actiones humanas, 1 Cor. 11: 9. Femina Hebraeis in publico non adspiciebatur nisi operto capite, 1 Cor. 11: 5. Femina libidinosam deserens laudatur, Matth. 5: 32. Femina bona car a veteribus testudini comparata, 1 Tim. 5: 13. Feminae persona apud Prophetas refert. Populam Iudaeam, Apoc. 11: 3. Feminam fecit Deus coma nativa, ut equam inba-exultantem, 1 Cor. 11: 15. Femina cur opus fuerit, 1 Cor. 11: 9. Feminae cum de iis Lex non exstaret, propria religione semel in anno locum sacrorum conventuum adibant, Luc. 20: 41. Feminae formosiores sunt doctores veterum, Matth. 5: 29. Feminae in primitiva Ecclesia in Diaconissas et Presbyteras electas, 1 Tim. 3: 8, 11. Electionis earum ratio in Graecia quaenam, Rom. 16: 1, Phil. 4: 3. Earum minus quid, ibid. Feminae non accumbent in conviviis solemnibus Iudaeorum, Ioh. 13: 2. Feminae parum pudicae vitae et prostibula publica Hebraeis non eodem modo vocantur, Luc. 7: 37. Feminae Prophetissae, 1 Cor. 11: 5. Feminae quaedam Christi discipulis annumeranda sunt, Luc. 8: 17. Feminarum habitus in publico apud Graecos et Romanos fuit varius, 1 Cor. 11: 5. Habitus verecundiae maxime conveniens praefere-

ren-



rendus, *ibid.* Feminarum Iudaicarum ministerii statio consistens in precibus et ieiuniis, *Luc. 2: 37.* Earum aditus liberior erat quam feminarum in Graecia, *Rom. 16: 1.* Feminarum mos calumniandi, *1 Tim. 3: 11.* Feminarum nomina enuntiabantur modo simpliciter modo diminutive, *Rom. 16: 3.* Feminis adulteris Germani crines accidebant, *1 Cor. 11: 6.* Feminis maxime convenit pudor etiam circa naturales voluptates, *Rom. 1: 25.* Feminis docere in Ecclesia non permittebatur, nisi speciale Dei mandatum haberent, *1 Cor. 10: 5; Apoc. 2: 20.* Feminis in luctu, caput radi solebat, *1 Cor. 11: 5.* Feminas operto esse capite ob pudorem sexus decet, *1 Cor. 11: 2.* Feminas viri potentes Romani iudicant aetate annorum duodecim, *Luc. 2: 42.* Feminini sexus vera ornamenta sunt pudor et modestia, *1 Tim. 2: 9.* Fera terrestris dicitur coetus Pseudo-prophetarum, *Apoc. 16: 13.* Ferae nomine Barchochebas appellatur, *Apoc. 11: 7.* Ferae vocantur regna idololatrica, *Apoc. 13: 1.* Feris comparantur impii et Reges, *Luc. 13: 32, 1 Cor. 15: 32, 2 Tim. 4: 17.* Feralia non atrectanda, *Matth. 8: 22.* Fermentum quid recte dicitur, *Luc. 12: 1, 1 Cor. 5: 6.* Vetus quid significet, *ibid.* Ferre pro auferre, *Hebr. 9: 28.* Ferri pro exspectari, *Hebr. 9: 16.* Festus cur provocationem Pau-

li libenter arripuerit, *Act. 25: 12.* Festum Legis quoddam vocabatur, *Act. 2: 1.* Festum Nativitatis Christi varie celebratum, *Luc. 2: 8.* Festum collectarum in horrea frugum vocabatur festum tabernaculorum, *Luc. 6: 1.* Festum tabernaculorum Christi mystice sumtum quid significet, *Ioh. 7: 8.* Festa Iudaeorum cur seditionibus opportuna, *Matth. 26: 5.* Festi dies sua habent tempora, *Ioh. 7: 6.* Festorum dierum primus, ultimus et sabbatum otio peragebantur, caeteri laboribus permitti, *Matth. 26: 5, Luc. 6: 1, Ioh. 7: 37.* Festorum dierum ratio, *Matth. 21: 9.* Translatio in aliud tempus apud Iudaeos quomodo intelligenda, *Matth. 26: 17.* Festis diebus Iudaei in ius vocari non poterant, *Matth. 26: 2, 5.* Plecti solebant apud Iudaeos sontium insigniores, *Matth. 26: 5.* Romani Praesides cohortem mittebant ad Templi custodiam, *Matth. 26: 45, Act. 21: 31.* Festis tribus maximis pars tertia ex oppidis, vicis et agris ibat Hierosolymam, *Luc. 2: 41.* Ficus symbolum populi Iudaici, *Marc. 11: 12, Luc. 13: 6.* Sub ficu agere signum tranquillitatis animi, *Ioh. 1: 48.* Fidelis dicitur, qui munere suo bene fungitur, *Hebr. 2: 17, 3: 2.* Fidelis quoties conveniunt, conveniunt in Christi nomine, *1 Cor. 5: 3.* Sunt templum Dei, *Rom. 14: 19, Eph. 2: 22.* Quomodo id templum aedificetur,

- tur, Rom. 14: 19. Quomodo destruat, ibid. Fidelium coetus honorandi diligendo, I Petr. 2: 17. Fidelium mala ad breve tempus tantum durant, Hebr. 10: 37. Fidelibus omnibus consulere debemus, Gal. 6: 10.
- Fides Abrahami Euangelicae** suppar, Hebr. 11: 19. Fides quae nam maior fide Abrahami, Rom. 4: 24. Fidem in Abrahamo cur Deus respexerit, Rom. 4: 16. Fides Patriarcharum qualis fuerit, Rom. 3: 22. Fides Petri cum Christum negaret, an plane defecerit, Luc. 22: 32. Fides miraculorum non cessavit, Marc. 16: 17.
- Fides** quid re ipsa sit in epistolis Paulinis, Rom. praef. Fides prima credulitatis quae nam sit, Matth. 28: 19.
